



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 97. Cardinalis Pighini factum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. anno Estensis Cardinalis, & Joannes Fontana Ferrariensis Episcopus prope Urbani III. Sarcophagum eidem magnificentum monumentum erigi curarunt.

§. XCVII.

*Cardinalis Pighini fatum.*

*Ciaton.*

*p. 776.*

*Ughel. l. c.*

*Pallav. l. 10.*

*c. 15. n. 1.*

*l. 11. c. 2.*

*n. 6. c. 8.*

*n. 6. lib. 11.*

*c. 13. n. 1.*

*Es a libi.*

Eodem hoc anno inter Cardinales tertius vivis ereptus est Sebastianus Pighinus, seu Pelginus natione Italus, patria Rhegiensis. Is primo Capuæ Canonicus, Rotæ Auditor, ac Pauli III. ad Carolum V. Cæsarem legatus nominabatur, & postea Alifanensi Episcopatu donabatur: inde autem Anno Domini millesimo quingentesimo quadragésimo ad Ferentinensem translatus, rursus ad eundem Imperatorem a Julio III. Papa Legatus decernebatur. Post hæc Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quinquagesimo ab eodem Pontifice Archiepiscopus Sipontinus, & tertio demum anno Adriensis Episcopus renuntiatus est: cum vero sub eodem Papa Synodus Tridentum revocaretur, unacum Aloysio Lippomano Veronensi Episcopo illuc missus est, ut ibi unacum Cardinale Crescentio præsideret, ubi etiam, cum idem Crescentius morbo correptus Sessioni decimæ sextæ die vigesima sexta Aprilis celebratæ præesse hand posset, Pighinus ejusdem vices agens

agens Synodum ob bellum a Protestan-  
 tibus Cæsari denuntiatum, esse dissolven-  
 dam annuntiabat. Eo tamen tempore  
 nondum tredecim illis accensebatur Car-  
 dinalibus, quos Julius die vigesima No-  
 vembris creaverat, eoquod illum Papa  
 in pectore, ut inquit, reservasset, &  
 primum feria secunda die vigesima Maji  
 Anno supra millesimum quingentesimo  
 quinquagesimo secundo eundem tan-  
 quam Cardinalem declararet, ut proin-  
 Pighinus nequidem decimum octavum  
 Cardinalatus sui Menssem expleret, mor-  
 tuus anno sequenti die prima Decembris,  
 cum nonnisi quinquaginta tres annos,  
 duos Menses & quinque dies vixisset.  
 Sepultus est in Templo S. Mariæ de Po-  
 pulo, ubi ipsius legitur elogium mar-  
 mори insculptum.

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1553.

§. XCVIII.

*Cardinalis de Cupis mortuus.*

Quartus, ac postremus erat Joannes  
 Dominicus de Cupis patria Roma-  
 nus, ac Vaticanæ Ecclesiæ Canonicus.  
 Hic juris utriusque studio indefessam  
 impendens operam, brevi celeberrimus  
 evasit Jurisconsultus, suaque scientia  
 tantam sibi famam comparavit, ut plu-  
 res Pontifices sua eum dignarentur ami-  
 citia, ac in pluribus negotiis ejus mi-  
 nisterio uterentur. Is præprimis Pro-

Ciacon.  
 p. 347.  
 Aubery &  
 Ughel l. c.  
 Joan. Bapt.  
 Adrian. in  
 hist.

